

Florum Lavandulae ficcatorum, uncias duas.

Allii, drachmas duas.

Acori veri,

Cinnamomi,

Caryophyllorum,

Nucis Moschatae,

} ana drachmas duas.

Aceti optimi, libras octo.

Macera calore Solis vel igne arenae, in matratio
rite obrurato, per duodecim dies. Cola. Expri-
me fortiter, & filtra. Tum adde

Camphorae spiritu vini solutae, semi unciam.

MELLITA.

Hydromel simplex.

R. Mellis Narbonensis, unciam unam & semis.
Dissolve in Aquae purae, libris duabus.

Hydromel vinosum.

R. Mellis albi exquisiti, libras quinque.

Aquae communis, libras viginti quinque.

Bulliant simul igne lento, semper despumando,
donec ovum recens crudum, injectum supernatet:
liquor postea quiete depuratus, doliolo exceptus ad
fermentandum reponatur, usquedum odorem vi-
nosum acquisiverit. Tum liquorem decapula &
serva.

Oxymel simplex.

R. Mellis Narbonensis, libram unam.

Aceti vini albi, semi libram.

Coque igne lento in vase fictili ad Syrupi confi-
stentiam.

Oxymel scylliticum.

R. Mellis purissimi, libras quatuor.

Aceti scyllitici, libras duas.

Coque ut supra.

Mel nenupharinum.

R. Florum Nymphææ integrorum, } ana libras duo-
Aquæ communis, } decim.

Ferveant ad florum coctionem. Fiat colatura
fine expressione.

Dissolve Mellis optimi, libras duodecim.

Trajice per manicam: coque in consistentiam
Mellis.

Mel rosatum sive rhodomel.

R. Florum Rosarum rubrarum, exsiccatorem, li-
bram unam.

Infunde per horas duodecim in Decocti Calycum
Rosarum, libris quatuor.

Exprime fortiter. Colato adjice Mellis optimi,
libras sex.

Clarifica ex ovi albumine. Cola, & in Syrupi
consistentiam redige.

Mel violatum.

R. Florum Violarum recentium, integrorum,
libras duas.

Macera per duodecim horas in Aquæ calidæ, li-
bris quatuor.

Cola, & exprime. Expresso adde Mellis optimi,
libras sex.

Coque leviter despumando, ad Syrupi consisten-
tiam.

B 5

Mel mercuriale.

℞. Succi Mercurialis, } ana libras quatuor.
 Mellis optimi, }
 Misce, coque, despuma, & in Syrupi consistentiam redige.

Mel anthosatum.

℞. Florum Rorismarini recentium cum Calycibus, uncias octo. Foliorum ejusdem plantæ recentium integrorum; uncias quatuor.

Adde Mellis despumati calentis, libram unam & semis. Post dierum quindecim insolationem, calefiant Balneo Maris, & colentur cum expressione.

Mel cucumerinum.

℞. Fructuum Cucumeris agrestis ad maturitatem vergentium, libram unam.

In mortario marmoreo ex arte subigantur cum Mellis flavescentis exquisiti, libris duabus, ut fiat massa, quæ linteo mundo commissa, in cellam viniariam transferatur ad colliquationem. Liquor inde manans ad debitam spissitudinem vaporet.

Mel scylliticum.

℞. Squammarum Scyllæ exsiccatarum, uncias duas. Quassentur in mortario marmoreo cum pistillo ligneo, & mittantur in matratium cum aquæ communis limpidæ, libris tribus. Bulliant leviter arenæ balneo, & dein infundantur per duos dies. Coletur liquor & exprimatur; cui adde Mellis Albissimi, libram unam & semis. Clarifica & coque ad Syrupi consistentiam, secundum Artem, in vase terreo vitreato aut faventino.